

Q. D. B. V.

QVÆSTIONEM,

*An homines in Schola docentes reliquis
sint miseriores?*

IN PARENTATIONE

WINCKLERIANA,

d. 31. Maj. M DCCVIII,

post octavam matutinam

ventilabit

CHRISTIANUS WEISE, Gymn Zitt. Rect.

* * *

AN miser existat, schola quem curanda recepit,
Ut faciat scabrum, martyris instar, opus?

Disputat ipsa cohors, & adhuc sub iudice lis est:

Nempe quis arbitrium prosperitatis habet?

Nemo suam nescit molem, nec vivit homullus,

Aspera quem nullo fata dolore premant,

Qvisq; suos pensat pretio veniente labores,

Qvilibet impositum fertile sperat onus.

Si tamen hæc meruit cathedralem quæstio curam:

Temporis atq; loci nos juvat ipse favor.

Nempe dies rediit WINCKLERO sacra, quotannis

Quæ fieri iussit congrua verba scholæ.

Lætior inde Virum celebrabit lingua beatum.

Si miseras repetat nulla querela vices.

Adsit PATRONUS, melior conspiret AMICUS,

Ne miserum referant pulpita nuda statum.

Zittavia,

Typis Michaëlis Hartmanni.